



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs LVIII. Si uere utiq[ue] iusticiam loquimini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

PSALTERIUM.

127

Exalte Deus super alta uolumina cœli,
Laus tua terrarum transeat alta plagas.

PSALMVS LVIII.

Si uere utiq; iusticiam loquimini.

ARGUMENTVM.

Titulus ostendit esse idem argumentum cum superioribus Psalmis. Orat enim contra Saulem & eos qui ipsum incitabant contra Dauidem, tanquam contra seditionem. Habet hic Psalmus tres partes: Narrationem seu obiurgationem uelementem aduersiorum, Imprecationem & consolationem.

Errorem quicunq; audet defendere apertum,
Et nunquam iustis definit esse minax:
Torrenti similem uano, fractæq; sagittæ,
Et flammæ impositis sentibus, esse docet.

Vincenti aureum ornamentum Dauidis,
ne periret.

NUm precor ô geniti mortali è stirpe, iuuabit
Vos quoq; tandem aliquo tempore iusta loqui?
Nil minus, imo animis uersatis inqua malignis,
Designant uestræ friuola facta manus.
Desluxere mali retro pessumq; abierunt,
A primo uitæ tempore quisq; suæ.
Desluxere retro mendacia uana loquentes,
A primo exortus tempore quisq; sui.

Vehemens ob*a*
iurgatio. q*p* fi-
cis criminibus
incitarent Sau-
lem.
Hoc est, peruer-
si sunt, discesser-
unt a Deo, &
Verbo eius.

Horum



- Illustris similitudo.** Horum pernicijis furor est serpentibus atris,
Tale sub infido pectore uirus habent,
Corde uenenatum referentes aspida filio,
Qui clausas aures, ne capiatur habet.
Imprecatio. Incantatoris ne uoces audiat, aures
Obstruit, instantis ne cadat arte magi.
Belle similitudines. Illorum dentes pater excute, frange molares,
Quae bona carniuori rodere cuncta solent.
Maxillias auidas sceuorum frange leonum,
Bestia cur miseras dira trucidet oves?
Limquantur uelut unda fluens, sua spicula tendant,
Nec tamen attingant quem uoluere scopum.
Cornua tollentis limacis more liquecant,
Quæ breue ceu gemino pollice tentat iter.
Sicut abortuum pereant, quod lumina solis
Nesciit, & uisum corruit ante diem.
Quam prius in rhamnum spinæ consurgere uestræ
Poßint, de medio hæs aufer et ira grauis.
Vernantes, & adhuc in primo flore comantes
Deripiet rapidi turbinis ira rubos.
Consolatio. At pius iſta uidens vindictæ præmia iustæ,
Gaudia prostrato uictor ab hoste fret.
Ille suas plantas reproborum in sanguine tinget:
Quamq; aliqui cupiant, ultio maior erit.
Tunc dicent homines, sua sunt rata præmia iusto,
Certe & adhuc iudex regnat in orbe Deus.

PSALMVS LIX.

Eripe me de inimicis meis Deus.

ARGUMENTVM.

Argus

